Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uersus patrefamilias di-
centes · Hi nouissimi vna
hora fecerunt: et pares illos
nobis fecisti · qui portauimus pondus diei et estus.
At ille respondens vni eorum dixit:
Amice: non facio tibi iniuriam · Nonne ex denario con-
uenisti mecum? Tolle quod tuum est et vade · Volo autem et huic
nouissimo dare: sicut et tibi · Aut non licet mihi quod
volo facere? An oculus tuus nequam est · quia ego bonus sum?
Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi · Multi enim sunt vocati: paucI
uero electi. Offertorium · Confiteri domino et psallere nomini tuo
altissime · Secreta · Munera nostra quesumus domine precibus suscep-
tis et celestibus nos munda mysteriis et clementer exaudi · Per dominum · Postcommunio · Per omnia secula seculorum · Quotidiana quotidie
usque ad xl.am · nisi festum aliquod occurrat quod propriam habeat collectam · Illumina ecclesiam tuam sancte pater semper
tuum et salutem · ne fac in tua misericordia domine nos obliuiscaris quomodo inuocemus te.
Fideles tui domine per misericordiam tuam firmentur vt eadem et
percipiendo requirant et querendo sine fine percipiant · Per
Benedicamus domino · Offertorium dole per totam
ebdomadam cantatur · Sed a coll'eit

fiat usque ad caput ieunii
nisi collecta sancte crucis quam non solemnizamus usque per octauas pentecoste.
Feria tertia ad hebreos.
Fratres · Festinemus ingredi in illam requiem: ut ne in id
ipsum quis incidat incredulitatis exemplum · Viuus enim
dei sermo et efficax · et penetrabilior omni gladio ancipiti · et pertingens usque ad
diuisionem animae ac spiritus: compagum quoque et medullarum
et discretor cogitationum et intentionum cordis · et non
est illa creatura inuisibilis
in conspectu eius · Omnia autem nuda et aperta sunt oculis
eius · Ad quem nobis sermo · Habentes ergo pontificem
magnum qui penetrauit cae-
los iesum filium dei · teneamus
confessionem eius · Non enim
habemus pontificem qui
non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum
autem per omnia pro similitudine absque peccato · Ad-
eamus ergo cum fiducia ad
thronum gratiae: vt misericordiam
consequamur · et gratiam
inueniamus in auxilio
opportuno · Per ihesum xpm
dominum nostrum · S. Marcum
In illo tpe · Egressus ihs